



FERIA TERTIA.

Ant.
iv.
toni.



IN domum. Ps. 121. Lætátus sum in his, quæ



dicta sunt mihi : * In domum Dómini í-bimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : * cujus participátio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundantia diligentibus te :

Fiat pax in virtúte tua : * et abundantia in túrribus tuis.


Propter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pacem de te :

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi.




Ant.
viiij.
toni.

Ant. IN domum Dómini lætántes í-bimus. QUI



hábitas. Ps. 122. Ad te levávi óculos me-os, * qui



hábitas in cælis.